

10. Hic Verres hereditatem sibi venisse arbitratus est, quod in eius re- 62
 3 gnum ac manus venerat is, quem iste et audierat multa secum praecla-
 4 ra habere et suspicabatur. Mittit homini munera satis large haec ad
 5 usum domesticum, olei, vini quod visum est, etiam tritici, quod satis
 6 esset, de suis decumis. Deinde ipsum regem ad cenam vocavit. Exor-
 7 nat ample magnificeque triclinium; exponit ea, quibus abundabat,
 8 plurima et pulcherrima vasa argentea — nam haec aurea nondum fe-
 9 cerat; omnibus curat rebus instructum et paratum ut sit convivium.
 10 Quid multa? rex ita discessit, ut et istum copiose ornatum et se hono-
 11 rifice acceptum arbitraretur. Vocat ad cenam deinde ipse praetorem;
 12 exponit suas copias omnis, multum argentum, non pauca etiam pocu-
 la ex auro, quae, ut mos est regius et maxime in Syria, gemmis erant
 distincta clarissimis.

11. Erat etiam vas vinarium, ex una gemma pergrandi trulla excavata, 62-63
 2 manubrio aureo, de qua, credo, satis idoneum satis gravem testem,
 3 Q. Minucium, dicere audistis. Iste unum quodque vas in manus sume-
 4 re, laudare, mirari: rex gaudere praetori populi Romani satis iucun-
 5 dum et gratum illud esse convivium. Posteaquam inde discessum est,
 6 cogitare nihil iste aliud, quod ipsa res declaravit, nisi quemadmodum
 7 regem ex provincia spoliatum expilatumque dimitteret. Mittit roga-
 8 tum vasa ea, quae pulcherrima apud eum viderat; ait se suis caelatori-
 9 bus velle ostendere. Rex, qui illum non nosset, sine ulla suspicione
 libentissime dedit. Mittit etiam trullam gemmeam rogatum; velle se
 eam diligentius considerare. Ea quoque ei mittitur.

hereditas ↗ SW

3 largus, -a, -um: freigebig, reichlich — domesticus, -a, -um (*domus*): häuslich, Haus-
 4 ☉ olei, vini . . . tritici: Gen. part. jeweils abhängig von den *quod*-Sätzen — triticum, -i
 (*terro, trivi, tritum*: eig. „Dreschfrucht“): Weizen — decuma, -ae (*decima*): der Zehnte
 als Grundabgabe — exornare: ausstatten

6 triclinium, -i gr.: Speisesofa (Lager, auf dem man während der Mahlzeit ruht), Speise-
 zimmer, Speisesaal — ☉ Ordne: curat, ut omnibus rebus . . . paratum sit convivium —
 instruere h.: ausrüsten, ausstatten — convivium, -i (*vivere*): Gastmahl, Gelage

9 ☉ quid multa <dicam>? — copiosus, -a, -um: füllig, reich, begütert — honorificus, -a,
 -um (*honus — facere*): ehrenvoll — poculum, -i: Becher

12 distinguere: auszeichnen, schmücken, verzieren

vinarius, -a, -um (*vinum*): zum Wein gehörig, Wein- — pergrandis, -e: sehr groß, riesen-
 groß — trulla, -ae: Kelle, Pfanne (zum Weinschöpfen) — ex-cavare: aushöhlen, h.:
 herauschneiden — manubrium, -i (*manus*): Griff — gravis, -e h.: gewichtig

6 ☉ <id> quod: zusammenfassender Relativsatz — ipsa res: der Sachverhalt selbst (der
 später erfolgte Diebstahl) — spoliare ↗ SW — expilare: ausplündern, berauben —
 ☉ mittit rogatum: Supinum („um zu erbitten“) — caelator, -oris: Ziseleur, Bildstecher
 (als Kunstfachmann)

9 suspicio, -onis (*susplicari; suspicere*): Argwohn, Verdacht

12. Nunc reliquum, iudices, attendite, de quo et vos audistis et populus Romanus non nunc
- 3 primum audiet et in exteris nationibus usque ad ultimas terras pervagatum est. Candelabrum e gemmis clarissimis opere mirabili
- 6 perfectum reges ii, quos dico, Romam cum attulissent, ut in Capitolio ponerent, quod nondum perfectum templum offenderant,
- 9 neque ponere potuerunt neque vulgo ostendere ac proferre voluerunt, ut et magnificentius videretur, cum suo tempore in cella Iovis
- 12 Optimi Maximi poneretur, et clarius, cum pulchritudo eius recens ad oculos hominum atque integra perveniret: statuerunt id secum in Syriam reportare, ut, cum audissent simulacrum Iovis Optimi Maximi dedicatum, legatos mitterent, qui cum ceteris rebus
- 15 illud quoque eximium ac pulcherrimum donum in Capitolium adferrent.



Bronzekandelaber

attendere (alqd): aufmerken, die Aufmerksamkeit richten (auf etwas)

- 3 **exterus, -a, -um:** auswärtig, fremd — **pervagatus, -a, -um:** weitverbreitet, sehr bekannt — **candelabrum, -i:** Leuchter, Kandelaber (Träger eines Feuerbeckens, das an Festtagen zu Ehren der Götter flammte)

4-14 *Satzanalyse:*

HS	Candelabrum ... reges			neque V ... neque V		
GS1	quos V	cum V	quod V	ut V	et	
GS2			ut V		cum V	cum V

- 6 **offendere h.:** antreffen — **templum in Capitolio:** der seit der Königszeit bestehende Jupitertempel auf dem Kapitol war 83 v. Chr. abgebrannt und zu diesem Zeitpunkt noch nicht wieder aufgebaut
- 9 **vulgo (Adv.):** vor der großen Menge, in aller Öffentlichkeit — **proferre h.:** zeigen, bekannt machen — **cella, -ae:** Kammer, Teil des Tempels hinter den Hallen und Säulenreihen, in dem die Statue der Götter steht — **suo tempore:** zu seiner Zeit, im geeigneten Augenblick
- 12 **Optimus Maximus:** Beiname Jupiters (der Allgütige, der Allmächtige) — **recens, -ntis h.:** frisch — **integer, -gra, -grum:** unversehrt, mit neuer Wirkung
- 15 **dedicare** ↗ SW; Ⓚ *dedicatum (esse)*
- 18 **eximius** ↗ SW

13. Pervenit res ad istius auris nescio quo modo; nam rex id celatum voluerat, non quo quicquam metueret aut suspicaretur, sed ut ne multi
 3 illud ante praecipere oculis quam populus Romanus. Iste petit a rege et eum pluribus verbis rogat, ut id ad se mittat; cupere se dicit inspicere neque se aliis videndi potestatem esse facturum. Antiochus, qui
 6 animo et puerili esset et regio, nihil de istius improbitate suspicatus est; imperat suis, ut id in praetorium involutum quam occultissime deferrent. Quo posteaquam attulerunt involucrisque reiectis constituerunt, clamare iste coepit dignam rem esse regno Syriae, dignam
 9 regio munere, dignam Capitolio. Etenim erat eo splendore, qui ex clarissimis et pulcherrimis gemmis esse debebat, ea varietate operum, ut ars certare videretur cum copia, ea magnitudine, ut intellegi posset
 12 non ad hominum apparatus, sed ad amplissimi templi ornatum esse factum. Cum satis iam perspexisse videretur, tollere incipiunt, ut referrent. Iste ait se velle illud etiam atque etiam considerare; nequamquam se esse satiatum; iubet illos discedere et candelabrum relinquere. Sic illi tum inanes ad Antiochum revertuntur.


auris ~ aures — ① celatum <esse> — celare (alqd): verheimlichen (etwas) — non quo . . ., sed ut ne: nicht als ob . . . sondern damit nicht

- 3 praecipere oculis: vorwegnehmen mit den Augen, vorher genießen — ① Verb. ante — quam — inspicere h.: genau betrachten — potestatem facere: die Möglichkeit geben
 6 ① animo et puerili et regio: Abl. qual. — puerilis, -e: kindlich, arglos — improbitas, -atis: Ruchlosigkeit, Skrupellosigkeit — praetorium, -i h.: Amtswohnung des Provinzstatthalters — involvere (volvi, volutum): einwickeln, verhüllen — occultus, -a, -um (occultare): geheim, heimlich — posteaquam ~ postquam — involucrum, -i: Hülle, Decke — reicere: zurückwerfen, beiseite legen, entfernen
 9 ① eo splendore, qui . . ., ea varietate operum, ut . . . ea magnitudine, ut . . .: jeweils Abl. qual. — splendor, -oris: Glanz — varietas operum: Vielfalt der darin vereinigten Arbeiten, Mannigfaltigkeit der Ausführung
 12 copia, -ae h.: Fülle, Reichtum — apparatus, -us: Zurüstung, Ausstattung, Prunk — ornatus ↗ SW
 15 etiam atque etiam: immer wieder — considerare: betrachten, anschauen — satiari: sich sättigen, sich befriedigen, h.: sich sattsehen — ① inanes: präd. („mit leeren Händen“)

14. Rex primo nihil metuere, nihil suspicari; dies unus, alter, plures; non referri. Tum mittit, si videatur, ut reddat. Iubet iste posterius ad se reverti. Mirum illi videri; mittit iterum; non redditur. Ipse hominem appellat, rogat ut reddat. Os hominis insignemque impudentiam cognoscite! Quod sciret, quod ex ipso rege audisset in Capitolio esse ponendum, quod Iovi Optimo Maximo, quod populo Romano servari videret, id sibi ut donaret rogare et vehementissime petere coepit. Cum ille se et religione Iovis Capitolini et hominum existimatione impediri diceret, quod multae nationes testes essent illius operis ac muneris, iste homini minari acerrime coepit. Ubi videt eum nihilo magis minis quam precibus permoveri, repente hominem de provincia iubet ante noctem decedere; ait se comperisse ex eius regno piratas ad Siciliam esse venturos.


si videatur: falls es ihm recht scheinen sollte, gefälligst — **posterius** (Adv.): später, ein anderes Mal

- 3 **appellare:** unmittelbar ansprechen, sich wenden an — **insignis**, -e auffallend, auffällig, beispielloos — **impudentia**, -ae: Unverschämtheit — Ⓞ **Quod ... <esse> ponendum sciret, quod ... audisset ... esse ponendum, ... quod ... servari videret, id ... rogare ... coepit:** Proleptische Relativsätze, die im nachgestellten Pronomen *id* aufgenommen werden; die Relativsätze sind außerdem jeweils in einen AcI verschränkt; vgl. die folgende Satzanalyse:



religio ↗ SW — **existimatio**, -onis: Meinung, Ruf, Urteil

- 9 **minari** (*minae*): drohen — **nihilo magis ... quam:** um nichts mehr ... als; ebensowenig ... wie



Rekonstruktion der Bauten auf dem Kapitol in Rom. (1 Jupitertertempel 2 arx)

15. Rex maximo conventu Syracusis in foro, ne quis forte me in crimine 67
 obscuro versari atque adfingere aliquid suspicione hominum arbitretur — in foro, inquam, Syracusis flens ac deos hominesque contestans
 clamare coepit candelabrum factum e gemmis, quod in Capitolium
 missurus esset, quod in templo clarissimo populo Romano monumen-
 tum suae societatis amicitiaeque esse voluisset, id sibi C. Verrem ab-
 stulisse; de ceteris operibus ex auro et gemmis, quae sua penes illum
 essent, se non laborare, hoc sibi eripi miserum esse et indignum. Id
 etsi antea iam mente et cogitatione sua fratrisque sui consecratum
 esset, tamen tum se in illo conventu civium Romanorum dare donare
 dicare consecrare Iovi Optimo Maximo, testemque ipsum Iovem suae
 voluntatis ac religionis adhibere.
 Quae vox, quae latera, quae vires huius unius criminis querimoniam
 possunt sustinere? Rex Antiochus, qui Romae ante oculos omnium
 nostrum biennium fere comitatu regio atque ornatu fuisset, is, cum
 amicus et socius populi Romani esset, amicissimo patre, avo, maiori-
 bus, antiquissimis et clarissimis regibus, opulentissimo et maximo re-
 gnō, praeceps provincia populi Romani exturbatus est.
16. Quemadmodum hoc accepturas nationes exterar, quemadmodum 68
 huius tui facti famam in regna aliorum atque in ultimas terras perven-

conventus, -us: Auflauf — **ne . . . arbitretur:** eingeschobener finaler Adverbialsatz, mit dem sich der Autor selbst zu Wort meldet — **adfingere:** erdichten, ausdenken — **suspicio, -onis:** bloße Vermutung, Verdacht

3 **inquam (inquit):** ich sage (Einschub des Autors) — **contestari:** als Zeugen anrufen — **monumentum** ↗ SW

6 **sua (präd.):** als das Seine, als von seinem Eigentum — **penes (alqm) (Präp.):** in Händen, in Besitz (von jdm)

7-11 **Oratio obliqua (abh. von coepit clamare)**

laborare (de alqa re) h.: leiden (an etwas), bedrückt sein (von etwas) — **indignus, -a, -um:** unwürdig, empörend

9 **cogitatio, -onis (cogitare):** Gedanken, Denken — **dicare:** weihen, widmen — **consecrare** ↗ SW — **adhibere testem:** zum Zeugen anrufen

12 **latera, -um h.:** Brust und Lunge (des Redners) — **querimonia, -ae:** Wehklage, Klage — **sustinere h.:** durchhalten

15 **biennium, -i (Akk. der Zeit):** zwei Jahre lang — **comitatus, -us:** Begleitung — **ornatus** ↗ SW h.: Hofhaltung — **amicissimo patre** usw. (Abl. qual.: Übersetze: „er, der verfügt über . . .“) — **opulentus, -a, -um:** reich, mächtig

18 **praeceps, -itis:** kopfüber, Hals über Kopf — **exturbare:** ausweisen, vertreiben

quemadmodum . . . accepturas <esse>, quemadmodum . . . perventuram putasti . . .? Verschränkte Fragesätze — **hoc <factum> accipere h.:** dies hinnehmen, ertragen — **exterus, -a, -um:** auswärtig, ausländisch

3 turam putasti, cum audirent a praetore populi Romani in provincia
violatum regem, spoliatum hospitem, eiectum socium populi Romani
atque amicum? Nomen vestrum populique Romani odio atque acerbi-
6 tati scitote nationibus exteris, iudices, futurum, si istius haec tanta
iniuria impunita discesserit. Sic omnes arbitrabuntur, praesertim cum
haec fama de nostrorum hominum avaritia et cupiditate percrebrue-
9 rit, non istius solius hoc esse facinus, sed eorum etiam, qui adproba-
rint. Multi reges, multae liberae civitates, multi privati opulenti ac
potentes habent profecto in animo Capitolium sic ornare, ut templi
12 dignitas imperiique nostri nomen desiderat; qui si intellexerint inter-
verso hoc regali dono graviter vos tulisse, grata fore vobis populoque
Romano sua studia ac dona arbitrabuntur; sin hoc vos in rege tam
15 nobili, re tam eximia, iniuria tam acerba neglexisse audient, non erunt
tam amentes, ut operam curam pecuniam impendant in eas res, quas
vobis gratas fore non arbitrentur.

- 3 violare: verletzen, kränken — spoliare ↗ SW — eicere: hinauswerfen — acerbitas, -atis (acerbus): Bitterkeit, Widerwärtigkeit (zusammen mit odium: Hendiadyoin)
6 impunitus, -a, -um: unbestraft — discedere h.: ausgehen, davonkommen — praesertim cum: zumal da — percrebrescere: sich verbreiten
9 adprobare: gutheißen, billigen — liberae civitates: unabhängige Gemeinden (denen nach der Unterwerfung Autonomie zugebilligt worden ist) — privatus, -a, -um: Privatmann — in animo habere: im Sinn haben, beabsichtigen
12 desiderare: verlangen — intervertere: unterschlagen — regalis, -e (rex): königlich, Königs- — graviter ferre (alqa re): entrüstet sein (über etwas) — studia h.: Zeichen der Zuneigung, Sympathie
14-17 Satzanalyse:


non erunt tam ...

Sin vos ... neglexisse audient ut ... impendant in eas ... quas ... fore arbitrentur

15 eximius ↗ SW — amens, -entis: dumm, von Sinnen — impendēre: aufwenden

Fragen zum Text (K. 9—16):

1. Wodurch gewinnt der Kriminalfall hier eine außenpolitische Dimension? Und wie beurteilt Cicero von Anfang an das Vorgehen des Verres? (s. dazu Karte S. 27)
2. Wie kommt Verres überhaupt mit den syrischen Königssöhnen in Verbindung? Worauf hat er es dabei abgesehen?
3. Welche Tricks wendet Verres der Reihe nach an, um seine Absicht zu verwirklichen?
4. Welche sprachlichen Mittel setzt Cicero ein, um dieses Drama eindrucksvoll den Richtern zu Gehör zu bringen? Inwiefern lässt sich eine deutliche Steigerung feststellen?
5. Wie versucht Cicero die Senatoren hier zu einer eindeutigen und einhelligen Stellungnahme zu bringen? Wie baut er nun bei dieser Redeabsicht die Sätze?



Die Karte zeigt die internationale Verwicklung des Verres-Skandals: „Wie werden die auswärtigen Völker die Beraubung eines mit Rom befreundeten Königs aufnehmen?“